



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CXCIII. Gerichtliches Instrument, aufgenommen über die Uebereinkunft zwischen dem Magdeburger und Brandenburger Domcapitel, am 26. Aug. 1326.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

pro domino Magdeburgensi archiepiscopo et ecclesia ejus a sede apostolica concessio, super quibusdam processibus et sententiis revocandis et irritandis deputatus, universis, ad quos presentes literae pervenirent, salutem in domino sempiternam. Notum fieri volumus per presentes, quod venerabilis dominus Hyldefemensis episcopus jam dictus ex parte honorabilium virorum, dominorum prepositi ac capituli ecclesie Magdeburgensis suppliciter requisitus, quod processus quosdam et sententias dudum per ipsum et dominos abbatem monasterii sancti Michaelis et scolasticum ecclesie Sancte Crucis civitatis Hyldefemensis contra dominos prepositum et capitulum ecclesie Brandenburgensis, prepositos ac nonnullos alios de clero Brandenburgensis diocesis, factos et habitos pro domino archiepiscopo et capitulo Magdeburgensi, revocare et irritare dignaretur, precipue pro quadam compositione amabili roboranda, que de novo inter dominos et capitula Magdeburgensis et Brandenburgensis ecclesiarum extitit ordinata. Quia vero idem dominus episcopus ad ea, que expressa sunt superius, aliis prepeditis negotiis, intendere commode non valebat, nobis in hac parte vices suas duxit per suas patentes literas excusatorias totaliter committendas, prout in eisdem literis patentibus, ad nos directis, latius continetur; unde nos ad instantiam dominorum ac capitulorum predictorum commissum nobis negotium assumentes, super processibus et sententiis, de quorum irritatione et revocatione agitur et de compositione amabili, que, ut predictum est, intervenerat inter partes, summaria cognitione premissa et deliberatione diligenti et maturo consilio prehabitis, prout justitia suadebat, et precipue, quia ex fidei assertionem prudentum virorum, dominorum Christiani et Thiderici, procuratorum et canonicorum ecclesie Brandenburgensis, aperte cognovimus, processus et sententias, qui irritari et revocari petuntur, post appellationes legitimas, a domino conservatore et subdelegatis ab eo probatos, et quod tam eisdem appellationibus quam etiam sententiis et processibus partes supradicte renunciaverunt, concorditer et expresse, prout in prefata compositione amabili dinoscitur actum esse, sicut etiam ex inspectione compositionis ejusdem conscripse liquere clare poterit cuilibet intuenti, ideoque nos omnes processus et sententias et quicquid ex eis seu ob eos secutum extitit, auctoritate nobis in hac parte commissa, revocamus et irritamus et omnino tollimus et viribus vacuumus et virtute appellationum precedentium, de quibus predictur, absolvimus ad cautelam, ita quod de cetero nemo per eos et occasione eorum impugnari possit vel debeat seu etiam molestari, deoerentes revocationem et irritationem, evacuationem, et jam dictas nos debere et posse in locis singulis, quibus oportuum fuerit, facere solemniter publicari. In quorum omnium et singulorum testimonium presentes literas scribi fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Actum et datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>. in monasterio nostro in Monte prope muros Magdeburgenses in die inventionis sancti Stephani protomartyris gloriosi.

Nach einer Copie im alten Copiarie.

**CXCIII.** Gerichtliches Instrument, aufgenommen über die Uebereinkunft zwischen dem Magdeburger und Brandenburger Domcapitel, am 26. Aug. 1326.

In nomine domini. Amen. Anno ejusdem domini M. CCC. XXVI. indict. IX. mente Augusto VII. kal. Sept. constituto in mei et infra scriptorum testimonio reverendo domino Hinrico preposito ecclesie Brandenburgensis et petente instanter, ut sibi literas infra scriptas sigillis inferioris designatis roboratas sub manu mea publicarem, quarum tenor est talis: Hinricus etc. (Es folgt nun die Urkunde No. CXC. vom Jahre 1326), et in alia forma, que incipit: Otto etc. (Es folgt



die Urkunde No. CXCI. vom gleichen Jahre) et in sequenti forma, que incipit: Bodo etc. (Urkunde No. CXCH.) Acta sunt hec anno, indictione mensē et die supra dictis in castro Brandenburgensi presentibus dominis Jacobo plebano in Oyne et Johanne plebano in Brizene, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et ego Engelbertus, dictus de Lichen, publicus imperiali autoritate notarius has literas, ex quibusdam literis autenticis sigillis cereis munitis fideliter exemplavi, quarum prima literarum duo habebat sigilla etc.

Nach einer Copie im Copialbuche.

**CXCIV.** Der Markgraf Ludwig d. ä. verkauft von Neuem dem Domcapitel einen Theil der Havel und den kleinen Riez, so wie gewisse Geldhebungen in Zachow und Tremmen, am 29. März 1327.

In nomine domini. Amen. Nos Lodowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio etc. recognoscimus per presentes, quod pro triginta quinque marcis argenti Brandenburgensis expositis per dominum prepositum ecclesie Brandenburgensis in causa, quam dominus Borchardus, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus movit contra nostros antecessores, nec non pro septem marcis, nunc de novo nobis per dictum dominum prepositum erogatis, dedimus et per presentes damus ipsi preposito et suis successoribus dicteque ecclesie Brandenburgensi proprietatem omnimodam in Obula a loco, qui dicitur Vurstedde, usque ad civitatem novam Brandenburg, cum omnibus gurgustis, contentis in predictae aque decursu, cum piscationibus, cum iudicio et annuali censu, proveniente de his in denariis et angullis. Item cum Slavis, morantibus in villa Woltitz, a dextris, cum ad novam civitatem Brandenburg itur, cum eorum censu videlicet denariorum et pulorum cum omni jure, sicut nostri antecessores habuisse noscuntur. Item dedimus eidem preposito et suis successoribus atque ecclesie Brandenburgensis proprietatem super quatuor talenta denariorum, que precaria censualis dicuntur, in villis Zachow et Tremmen situata, scilicet in Zachow tria talenta cum tribus solidis et tribus denariis et in Tremmen sedecim solidos cum novem denariis, que quidem quatuor talenta dictus prepositus ergo Stephanum et Betekinum, dictos de Clebelock sua pecunia comparavit. Renunciamus ergo dicte proprietati et talentis, quoad nos et nostros heredes nec non omni juri ad ipsa solemniter in his scriptis, nostro pendenti sigillo de nostra certa scientia communitis, presentibus, domino Gunthero comite de Lindow, Wedekino de Wiltberg, Hinrico de Redere et Hinrico de Wolkow militibus cum aliis fide dignis. Datum Sehufen per manum Hermanni de Luchow, anno domini M. CCC. XXVII. dominica Judica.

Nach einer Copie im ältern Copiarlo.

**CXCV.** Ablassbrief des Bischofs Ludwig von Brandenburg und mehrerer Bischöfe für die heil. Kreuz-Kapelle in Halle, vom 1. Juli 1327.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes litere peruenerint. Nos miseratione diuina (1 Erzbischof und 6 Bischöfe), Henricus episcopus Lubicensis, Donatus episcopus